

Vi  
45



f XIV  
QK

I  
a  
F  
N  
R  
J



De munificentia Ducum Elelor-Saxon  
in litteras

ANNO XIV, A.

ANNO XIV, 4.

Ad

EXERCITIUM DECLAMATORIUM

Benevolè audiendum,

Quod  
DE

# STIPENDIIS LITERARIIS

Secundum LOCORUM TOPICORUM Inventionem

atque Amplificationem,

Quidam SCHOLÆ EPISC. CIZENSIS alumnus

Die XX. Decemb. A.C. MDC LXXI.

publicè habebunt, simulq;

VIRO

Illustri, Maximè Generoso, Excellentissimoq;

## DN. VITO LUDOVICO

a' Gedendorff / EQVITI Imperii è Nobilitate

Franconicâ, immediato, In Ober-Zenna / Gumperda / &

Mödelstein &c Hæreditario, Sereniss. SAXON. ELECTORI, &c. &

Reverendiss & Sereniss. Principi ac Dn. MAURITIO, Duc Saxon.

Jul. Cliv. & Montium &c. à Consiliis secretioribus, Ejusdemque

SEREN. Magnifico CANCELLARIO, Consistoriique

Episcop. PRÆSIDI eminentissimo,

MUSARUM MÆCENATI,

De NATALIS XLVI. qui eopse Die incidit,

felicissimâ Revolutione

Devotè gratulabuntur,

LITERARUM PATRONOS ac FALTORES

reverenter decenterque

invitat

M. JOH. Vogelhaupt / Scholæ Episc.  
RECTOR.

CIZÆ, Excudebat MARCUS HASSE.

Vi

45



v. Callim.  
Hymn II.  
v. 38-41.



Væ Callimachus Cyrenæus, Poëta ob Ingenii Excellentiam, & Canticis venustatem Philadelpho atq; Evergetæ, Ægyptiorum Regibus acceptissimus, in Apollinis Laudem canit:

Aὶ δὲ κόμη, θυσία πέδω λείβουν ἐλαῖα.   
Οὐ λιπτὸν Αἰπόλλων ἀπορύζοιν ἔθεται  
Ἄλι ἀυτὴν πανάκτιον. Εὐ ὅστι δὲ μὲν ἵκεν  
Πρέπεις ἔργος πίστειν, ἀνέλα τῶν ἐγένοτο;

Capilli verò odorifera in campum destillant olea,  
Non adipem Crines Apollinis destillant,  
Sed ipsam Panaceam. In Urbe autem quacunq; illa  
Guttæ in terram deciderint, omnia immortalia redduntur.

Ea Principibus Terræ, qui Munificatiam ac Beneficentiam in Literas exercent, non ineptè attribuere possumus. Apollinem retulisse SOLIS imaginem, non dubitare sinunt virtutes, quas ei tribuunt

v. Mythol. Poëtæ. Credebatur tenere artem canendi, vaticinandi, medendi, iac-  
Comit. Na culandi; gestare dextrâ Gratias; sinistrâ Arcum & Sagittas. Habemus  
rat. L IV c. Virtutum simulacra, quibus splendore debent SOLES Regnum &  
X. & XI. Provinciarum: variis scientiis præditos esse; Clementiam alterâ, alte-  
rà Manu Justitiam ostendere, congruum est. At nec illud à Maje-  
state Numinum Terrestrium alienum est, ut Capilli eorum stillent  
OLEA & GUTTAS PANACEÆ, quibus omnia æræ, ἡφαελα νὺν ἀνοσα,  
incorruptibilia, & morborum expertia fiant, quacunque deciderint.  
Vetus Callimachi Scholiastes πανάκτιον exponit τὸν medelam. Facie-  
bant enim Medicum Apollinem Poëtæ. Sic etiam Noster:

v. 46. Et  
Pindar.  
Hymn. V.  
Pythior.

Τρεψὶ δεδάστιν ἴνδελαντιν δασύλιο,  
Medici ab eo didicerunt remorationem mortis.

Principum Beneficia ac Reditus Ecclesiastici ad Pias Causas destina-  
ti, videntur esse GUTTÆ illius PANACEÆ, quibus omnia redundunt immor-  
talia. Si nutriuntur in Scholis Superioribus ac Inferioribus,  
qui Literas humanitatis doceant discantque, ex servantur immor-  
tales: Si sunt, qui perpetuò cultum divinum current, verbumque Dei  
sincerè proponant, illud servatur immortale & incorruptum: Si  
sunt Viri Sapientes Prudentesque, qui gubernent Reip. ut perpe-  
tuò floreat, Reip. Salus fit immortalis. Si hæc fiunt in Regno aut  
Principatu, Fama Gloriaque Principis, à cuius Capillis istæ Munifi-  
centia GUTTÆ destillant, redditur vere immortalis. Ob Beneficen-  
tiam privatam

Virie

Vivit extenso Proculeius aevi,  
Notus in Fratres animi paterni:  
Illum agit pennâ metuente solvi.

Fama superstes:

Horat. L.II  
Car. Od. 2.

Quantò magis Beneficiorum, à summis Principibus profectorum  
Graia erit æterna; eorumq; Memoria prorsus immortalis. Qvum Curt. L.  
Cæsar Augustus meditaretur ponere STATUAS sibi in Æternitatis 8. c 8.  
memoriam, Mæcenas à consiliis Augusti, hoc ipsi suggerebat consilium  
Statuas, inqviens, Tibi neque aureas neque argentes fieri unquam  
sine. Nam non modò magnis sumtibus ea constant, sed insidiis etiam  
opportuna. Et sic parum diuturna sunt. *Adas dī ē aylys rā. à, dēwār  
luxūs. q̄i ānq̄tus v̄ḡ adwālūs iē ēveq̄y eōtā. dñm̄s̄v̄r̄. Alias tibi in ani-  
mis hominum, & incorruptibiles. Et nulli interitui obnoxias ex BENE-  
EICIS constitue. Immortale est odium opprobriumque, quod me. Dio Casf.  
ruit HERODES Rex Judæorum, qui nullâ eos Liberalitate prosecu- L LII. p.  
tus erat, nec ullum eorum oppidum dignatus ornatu aliquo me. 561.  
morabili, quād externas urbes ornaret pecuniarum largitionibus:  
Agrippæ contrà fama est immortalis, qui natus videbatur ad Libera-  
litudinem ac Beneficiis demerendos populos, ut magnis sumptibus  
pararet sibi celebritatem nominis, pro magnâ ducens voluptate quer-  
ritam MUNIFICENTIA gloriam, teste Josepbo. Eandem immortalis L. XIX.  
Gloria Famam affectarunt quorumvis temporum periodis, potis- Antiq. Jud  
simūm Augusteo illo Romanorum ævo glorioissimi quique Hero. c. 7.  
es, Principes, Tutelares Literatorum O M. qui & summum doctrina-  
rum studiis præstiterè Patrocinium, & de MUNIFICENTIA palmâ de-  
certarunt invicem, adeò, ut quorum Illustribus Manibus vota plu-  
ra, plura debeant Elogia, Eruditi penè ipsi nesciant. Possemus in  
Theatrum producere incredibilem Liberalitatem ALEXANDRI M.  
& PHILOPOEMENIS, Græcorum: PTOLOMÆI & PHILADELPHI, Ægypt-  
iorum: OCTAVIANI, TIBERII, ANTONINI, Romanorum: qui Reges  
atque Imperatores in Literarum Consultos fuerunt indulgentissimi.  
At nec sequior ætas adeò sterilis Evergetarum fuit, quin redivivos  
Alexandros, Philadelphos, & Augustos ferre potuerit. Nec enim CA-  
ROLI V. amore erga Doctos, Priscorum favor in eosdem fuit supe-  
rior; neque hoc inferior ALPHONSI: sed hic ab illo, ille ab istis  
æquali studio haussisse evidentur, & ad laudatissima horum Exempla  
alios plures digna æmulatio traxit. Hinc tot Reditus, Stipendia, ac  
v. Lipsii  
Monit. Po-  
lit. L. II.  
c. 18.*

*Salaria Disciplinarum Cultoribus clementer sunt concessa, ut tantorum Beneficiorum datrices Manus gratitudine defatigare Beneficiarii perpetuo impellantur. Sed horum Munificentia fuerit sanè divina, adeoq; laus ejus immortalis: quum tamen in singulares Iepè Personas fuerit derivata, ipse Benignitatis Fons cum illis fluere desit. Et de his aliàs.*

Majorem Diuturnitatis famam sustinuerunt illa Beneficia, quæ  
*v. Sozom. Pietatis Zelo ducti, Augustissimi Imperatores, Constantinus & CA-*  
*Hist. Eccl. ROLIS, Magni, Ecclesiis ille Orientis, hic Occidentis donavere,*  
*L.I.c.8.16 totq; Monasteria & Collegia Cathedralia immensis Reditibus Ec-*  
*Euseb L.X clesiaisticis dotaverunt, ut Clerici h. e. Presbyteri, Diaconi, aliquæ*  
*a.6. Ecclesiarum Scholarumq; Ministri in iis educarentur, ad perpe-*  
*tuam Evangelicæ Doctrinæ in Terris eorum conservationem & in-*  
*crementum orbis Christiani. Quanquam verò sub Papath illa Bene-*  
*ficia & Reditus Canonicorum in abusum pœnitendum abrepti fue-*  
*rint; manserunt tamen destillationes illarum Guttularum plurimam*  
*partem incorruptæ perpetuæq; Ethic admiratione digna est*  
*Pietas munifica Principum Germaniæ, qvi Literarum & necessitatem,*  
*& in Ecclesiâ atq; Politâ utilitatem contemplati; ratiq; Remp.*  
*nullam sine prudentibus posse consistere Gubernatoribus; Tales*  
*autem non aliunde nisi ex benè informatæ Juventutis copiâ peten-*  
*dos esse; in hanc curam incubuerunt, ut Scholas atq; Academias con-*  
*stituerent celebres; Indigenarumq; Filios in iis ad Pietatis atq;*  
*bonarum Artium cultum educari curarent. Qvum autem viderent*  
*Literarum Studia non exiguos requirere sumtus: his autem feren-*  
*dis facultates subditorum non esse; Eos pheros, qvi parem ad Stu-*  
*dia & indolem & industriam afferrent, necessariis instruxerunt præ-*  
*sidiis, ita ut vel in Monasteriis ex Reditibus Ecclesiaisticis alerentur,*  
*vel sufficientibus Stipendiis afficerentur, unde sibi vestitum, victum*  
*Libros, aliaq; ad Studiorum cursum necessaria pararent, ne hisce*  
*destituti aut animum penitus abjicerent, aut aliis curis, mentem in-*  
*cassum excruciantibus, implicarentur. Ex eo fonte Munificentia*  
*Principalis, derivati sunt Rivi Salariorum, quæ dantur Docentibus*  
*Theologiam, aliasq; Disciplinas in Academiis ac Gymnasiis. Ex*  
*istorum Sereniss. Principum Capillis destillare cœperunt jam olim*  
*Stipendia, quæ dantur Ingenio ac virtute præcellentí præditis Ado-*  
*lescentibus, atq; egenis Scholaribus, ad Literarum decus adspi-*  
raturis

raturis: De quibus Beneficiis amplissimus scribendi dicendi que esset  
hic campus.

At verò ne vel *Comam Berenices*, aut *purpureum NISI capillamentum*, *Principum Germaniae Capillis implicemus*, atque *Exterorum Virtutes Patriæ nostræ Patribus præferre videamus*, habuit certè *Saxonia nostra tot Electores, Duces, Principesq; Munificentissimos*. in Literas, qvot nec *Gracia* habuit *Apollines*, aut *Perfis Artaxerxes*. *Cui enim ignota esse potest illustrissima Liberatitas Munificentiaq; Serenissimorum Saxoniae ELECTORUM*, Dnn. *MAURITII & AUGUSTI?* Qvorum ille Academiam *Lipsiensem*, è Monachorum preventibus constitutam, auxit *Reditibus novis*, eandemque *Duobus Aureorum Millibus annuis*, & modiis aliquot frumenti amplificavit; prætereà mox à susceptâ Electoratus Dignitate, consensu Ordinum tres *Provinciales Ludos, Misnensem, Portensem, & Grimmensem* aperuit: In qvibus ex Electoratu Saxonico ultrâ CCC. *Alumni ad VI. annos aluntur*, corumque *Magistris annua Stipendia solvuntur*, teste *Sleidano*. Hic verò, Elector *AUGUSTUS*, non tantum *Communitati Wittbergensi multum commodavit*, adjectis in eadem veteribus *Reditibus bis mille modiis frumenti*, teste *Fabrio*: Sed & *Idem Serenissimus numerum Alumnorum adeò auxit*, ut qvum anteà *LIX. Orig Lipsia LXX. Wittbergæ tantum IV. Studiosi Theol. juxta cum Choræ libus in Cathedrali Templo alerentur; postea in utraq; Academiâ Cen- tum quinquageni*, junctim CCC. *Alumni sustentarentur*, præter eos, qvi ad *Jurium & Medicinarum Studia Electoralibus Sumptibus applicarentur*. Hæc Beneficia sunt *PANACEÆ Guttulæ*, qvæ ultra seculum destillarunt in Urbes Electoralium Provinciarum; qibus nutriti, recreati, educti que sunt tot *Millia pauperum Studiosorum!* Horum ope hactenus propagatae sunt Literæ, Artes honestæ, Disciplinæq; liberales omnis generis; præcipue Dei immortalis gloria in puritate Evangelii per Saxoniæ & Germaniæ Terminos & ultrâ asserta, celebrataque fuit cum laude Fundatorum sempiternâ. Majorum suorum vestigia presserunt in Eminentia Electorali Successores Illustrissimi, Potentissimi que Dnn. *CHRISTIANUS II. & JOH. GEORGIVS I.* piis memor. Qui Guttulas Munificentia avita non ab sterserunt, sed multiplicarunt Beneficiis, munierunt Immunitatibus, neg. Job. Accesionibus amplificarunt. Et qvum à tempore repurgatae Religioniis ex legitimè postulata Episcopatum Administratione acce- diitum A. 1646.

v. Elector  
Sax. Stipē-  
diatē Ord-  
nung.

v. Excell.

Buchn. Pa-

ster.

Georg. I.

dictum A.

vissent.

A 3.

1646.

vissent Reditus, multâ ex parte Ecclesiastici; Serenissimi ELECTORES opes illas sive Præbendas, non ad seculares delicias & ludicas impensas converterunt; sed postliminiò ad sacros usus, sc. sustentationem egenorum ac miserabilium Personarum; cum primis ad Studios Juventutis Informationem in Scholis Trivialib. & Academiis contulerunt. Inde in singulis Episcopatibus amplissimorum STIPENDIORUM origo. Neque verò latum ungvem à Serenissimi Dn. Parentis, ELECT. JOH. GEORGH I. Munificentia ac Pietate discendunt, Serenissimi Principes FILII Dnnnn FRATRES, Reverendissimi, Archi-Episcopatus Magdeburg. & respectu diverso, Præsulatum Misnensis, Martisburg. & Numburgensis, postulati Administratores. Hi ipsi enim Fratrum Patrimonia sive Clericorum Præbendas, uti plurimam partem Dn. Canonis reliquerunt, ita, quas pigris ventribus subtraxere fruges in Guttulas Panagiae Ecclesiastice h. e. in Salaria Docentium in Ecclesiis Scholisq; & in Stipendia egenis Studiosis constituta, erogant atque dependunt. Eant Persæ atque præ Xenophon dicent CYRI prudentiam, qui Thesauros suos deponebat apud Amicrop. L. eos suos: ELECTOR Sereniss. Saxonie. JOH. GEORG II. deponit VIII. apud Professores in utraq; Academiâ Excellentissimos. Eant Ægyptii & laudent PTOLOMÆI sui Liberalitatem; meriti & Ryver Theocriti rendiss. Dn. AUGUSTUS Saxon. Dux, ut Evergetes appelletur, ob Idyl. xvii. STIPENDIA in Literatos tūm Nobiles, tūm Ignobiles impensa. Eant Romani, & extollant VESPASIANOS atque ANTONINOS, qui Gram. Sueton. in maticis & Rhetoribus Rom. annua Salaria amplissima decreverunt: de Illustri. Tales & inter Saxonie Duces, tam Electoralis, quam Saxonie Altenburg. Gram. c. 17 Gotbana, Vinariensi. & Coburgensis Lineæ reperiundi sunt, qui & Academiarum Antistites, & Scholarum Moderatores, quin & magnum Studiorum numerum STIPENDIIS opimis alunt atque sustentant. Neque dissimulanda est Majorum Exemplo dignissima. Pietae Munificentiaque Reverendiss. ac Sereniss. Principis ac Dn. Dn. MALLITII, Ducis Sax. Juliac. Cliv. ac Montium &c. Episcopatus Numburgici Administratoris &c &c. Domini nostri ac Nuritii Ecclesiarum ac Scholæ hujus indulgentissimi. Qui ex eo tempore, quo Episcopatus hujus Administrationem ac Ditionum hereditiarum regimen amplexus est, laudabili Pietatis Zelo, præter Reditus antedictis ad Pias Causas destinatos, Sortem DECEM MILLIUM Floren. Misn. à Cameræ suæ Reditibus separavit, Ilfurasing; annuas quingentenorum Floren.

Floren. inde redeuntium; ad Salaria Ministrorum Verbi in Pagis plus-  
quam X. & VI. Collegarum in Schola Episc. Cizensi, augenda; tum ad  
STIPENDIA pro X. & pluribus egenis indigenisque Literarum Studiofis  
impendenda, sacravit Neque vero haec Guita Munificentiae ex solis  
vacuefactis Præbendis Vicariisque destillant; sed maxima STIPEN-  
DIORUM portio ex Multis Subditorum in Ditionibus hereditariis, vel  
temere litigantium, vel proterve delinquentium (quibus per Dica-  
steriorum & Principis tententiam ad judicantur) in Rationes Procura-  
turæ Ducalis refertur atque dependit. Tantum autem abest, ut ullus  
Beneficiariorum de morosa solutione hactenus questus sit, aut Gut-  
tule illæ sitti visæ sint, ut potius superiorem SORTEM accessione MCC.  
Floren auctum iri, in Conventu nupero Ordines Reverendi ac Splen-  
didiss. Episcopales, cum gaudio & non absque admiratione, audi-  
verint publicè. His Munificentie Principalis Guttis adspergi non  
minus, ac alii indigenæ, desiderant, sperantque Scholæ Nostræ Alum-  
ni. Ut autem Sereniss. PRINCEPS ac Nutritius noster ad laudabi-  
lem illam Munificentiam non impetu, sed consilio tractus est: ita &  
cum delectu atque scrutinio dignitatis ac indigentiae dispensantur.  
Ne igitur aliquando futuri ALUMNI Ducales imprudenter se gerant  
temerè ambiante STIPENDIA, de Argumento hoc differere eos,  
v. Voss. In-  
Declamatorum vel Dialogistarum more, jussimus. Non autem ex stit. Orat.  
JURISCONSULTORUM Scriniis, aut Consistorialium Pandectis mate- L. I. c. 3.  
riam disputandi proment, sed ex LOCIS TOPICIS Dialectice sue, per Masen. Pa-  
qvos unicum vocabulum STIPENDIORUM deduxere. Ea enim erat left. Orat.  
Veterum Ratio Argumenta inveniendi, & nonnunquam amplifican- L I c. 3.  
di. Partiti sunt inter se Locos:  
Buchn. de

I. JOH. GEORG. Höel Ilmâ-Varisc. differet de STIPENDIIS Commut.  
Ex LL. de Uso Vocum, de Notatione, de Conjugatis, de Difiniti- Lat. L 2. c. 2  
sione.

II. DAVID ERNEST. Teubner/ Cizensis; Ex LL. de Speciebus;  
sunt enim vel Salaria Docentium vel Praesidia Discentium: de Gene-  
re Stipendiorum, quod Liberalitas & Munificentia: de Differentiâ:  
Alia à Principibus: alia à Magnatibus aliis; alia à Senatu fundata:  
de Materia, unde constituenda: de Formâ, quomodo ordinanda.

III. JOH. ERNEST. Troutman/ Kayna Misn. de Stipendio-  
rum Causis Efficientib. quæ sunt: Dei instinctus, Principum Pietas  
&

*QARV/45*  
& Amor Literarum; Indigentia Civium; Consiliariorum Favor:  
de Finalibus & Effectis, qvæ Gloria Dei, Vigor Religionis, Salus  
Reip. & copia Ministrorum in Ecclesia & Aulâ, fidelissimorum.

IV. JOH WALTER, Osterâ-Misn. Ex L. de SUBIECTIS, doce-  
bit, ALUMNOS recipit tantum: 1. Ingenuis optimos 2. speciminibus Eru-  
ditionis cognitos, 3. benè moratos. 4. egenos. 5. indigenas. Ex L. de  
Adjunctis qvæ sunt Pietas, Temperantia, Modestia, Patientia, In-  
dustria ex Alumnorum Nebucadnezaris Exemplo Dan. I.

V. THOMAS Tretbar/ Aulicâ-Misn. De Antecedentibus Col-  
lationis Stipendiorum aget: de Ingeniorum Profectuumqve Explora-  
tione; Testimoniorum Paupertatis, Pietatis & Diligentiæ In-  
spektione; de Stipulatâ Obligatione; de Consequentibus: Stipendio-  
rum solutione, Cessatione, Prorogatione, pro meritis cuiusvis se-  
culturâ.

VI. JOH. CASP. Carge/ Neostad Varisc. Ex LL de Similibus,  
Comparatis, Oppositis, & Testimoniis, Formulas petendi Stipendia for-  
mabit: Exemplum Serenissimè Nutriti nostris publicè dilaudabit.

*His finitis:*

Illustri HEROI, Dn. à Seckendorff &c &c. Dn. CANCEL-  
LARIO & PRÆSIDI eminentissimo, utpote STIPENDIORUM  
DUCALIUM & Episcopalium DIRIBITORI accuratissimo, Compe-  
titorum, qvi digni sunt, SUFFRAGATORI optimo, & ALUMNORUM  
gravissimo INSPECTORI, Musarum nostrarum MÆCENATI

*De NATALI XLVI. faustissimè revoluto*

Parodiis VI ex Lib. I. Carm. Horatii ad Odas XXI. I. X. VI.  
XXXI. XXVI. votivè conceptis gratulabuntur.

Permagni interest REI LITERARIÆ agnosci LITERARUM  
PATRONOS à BENEFICIARIIS, agnitosqve dignè coli, ad ob-  
servantiamqve EORUM hos excitari VOCE PUBLICA. Faci-  
mus nos, pro virili, qvæ in rem istam videntur esse. Plus momenti &  
venerationis habebunt omnia, si vos, Excell. Reverendi pl. & Am-  
pliss. DNN. PATRONI, Schole nostræ FAUTORES, Benevolentia  
Præsentiaqve vestrâ NOSTROS animabis, ACTUMQ.

*hunc illustrabit. Id quod submissè*

*& officiosè rogamus,*

**FINIS.**

*AC : VOD*

ULB Halle

004 965 272

3





ob Ingenii Excel-  
Philadelpho atq;  
is acceptissimus,

τελασθε.  
τερησθε  
δι το μετανομα-  
ατι εγένοτο:  
ιν ολα,  
το,  
ακυρωτικα  
τατια reddun  
centiam in Lite  
ipollinem retulisse  
qvas ei tribuunt  
andi, medendi, ja  
agittas. Habemus  
es Regnum &  
tiam altera, alte  
rec illud à Maje  
lli eorum stile  
αφδαρε νού ανοτα,  
νονque deciderint.  
medelam. Facie  
Nosier:

ris.  
s Causas destina  
ia redduntur im  
ac Inferioribus,  
antur immorta  
verbumque Dei  
ncorruptum: Si  
emp. ut perpet  
in Regno aut  
illis istae Munifi  
Ob Beneficen

Vipie

v. Callim.  
Hymn II.  
v. 38-41.



Ea Principi  
ras exercer  
SOLIS im  
v. Myrbol. Poëtæ. Comit. Na culandi; g  
tat. L IV c. Virtutum  
X. & XI. Provincia  
rà Manu  
state Nun  
OLEA & C  
incorrupta  
Vetus Cal  
bant enim

v. 46. Et  
Pindar.  
Hymn. V.  
Pythior.

Principun  
ti, vident  
mortalia.  
qui Litera  
les: Si sun  
sincerè pr  
sunt Viri S  
tuò florea  
Principatu  
centiae Gu  
tiam priva

Kodak

LICENSED PRODUCT

Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Centimetres

Inches

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

